

Huc¹ Caesar magnis nocturnis diurnisque itineribus contendit
occupatoque oppido ibi praesidium collocat.

Dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariae com meatūsque
causa moratur, ex² percontatione³ nostrorum vocibusque⁴ Gallorum
ac mercatorum, qui ingentī magnitudine corporum Germanos,
incredibilī virtute atque exercitatione in armis esse praedicabant⁵ –
saepenumero sese cum his congressos⁶ ne vultum⁷ quidem⁸ atque
aciem⁹ oculorum dicebant ferre potuisse -, tantus subito timor
omnem exercitum occupavit¹⁰, ut non mediocriter omnium mentes
animosque perturbaret.

Hic primum ortus est¹¹ a tribunis militum, praefectis reliquisque, qui
ex urbe¹² amicitiae causa Caesarem secuti non magnum in rē militari
usum¹³ habebant. (*ca. 90 Wörter*)

1 huc - hierhin

2 ex – hier: aufgrund

3 percontatio, onis *f* - Befragung

4 vox, vocis *f* – hier: Äußerung

5 praedicare – aussagen, verkünden

6 congredi, -ior, -gressus sum – kämpfen

7 vultus, us *m* – Blick

8 ne ... quidem – nicht einmal

9 acies, ei *f* – hier: Schärfe

10 occupare – hier: ergreifen

11 oriri a – ausgehen von

12 urbs, urbis *f* – Stadt, gemeint ist Rom

13 usus, us *m* – Erfahrung